

igitur 1. Operare secundum regulam  
inuenies 32 minuta temporis &  $\frac{8}{11}$  mi-  
nuti vnius.

Hypot. Differ.

Exem-  
plum se-  
xtum.

Simile est, potator

quidam solus exhaurit Cadum vini in 20

diebus, verum si vxor

60



10

30

eum iuuerit seruata proportione bibē-  
di 12 diebus, vini tantundem absum-  
unt. Quanto ergo tempore sola vxor  
totum vas exhauriet? Rursus tribuo  
vino aliquam mensuram, scilicet 12 aut  
quemuis alium numerum, nempe 20  
mensuras, ergo maritus 12 diebus 12  
mensuras bibit, vxor reliquum 8 scilia-  
cet. Dic igitur per regulam proportio-  
num, 8 mensuræ bibuntur ab vxore  
12 diebus, quanto tempore 20? facit  
30 dies. Itaque regula falsi non habes  
opus, cum tamen & per eandem fieri  
potuisset.

Exem-  
plum se-  
ptimum.

Narrat Vitruuius lib. 9. cap. 3. cum  
Hiero Rex statuisset Dijs suis votiuam  
offerre